



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

19. Constitutionis diu obseruatæ ignora[n]tia, an admittatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

Et ratio est, quia huiusmodi constitutiones synodales ex consuetudine cōmuni sunt vniuersales per totā Italiā, vnde ipsarū ignorantia, non est tolerabilis, nō excusabilis: vt est communis Theorica Bar. & doct. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide cath & l. interdū. d. licet ff. de publ. † Quinimō constitutionis diu seruatae ac notoria, ignorātia est supina & crassa. c. 1. de postu. prela. 16 di. quod dicitis l. regula & l. nec supina ff. de iu. & fac. igno. l. si tutor. cum gloss. de peric. & commo. rei vendi. Quod limita plurib. modis. Primò, quod nō habeat † locū in forense, quoniā cōstitutio nō ligat ignorātes extrā de cōsti. cognoscētes c. ut animarū. eo. tit. li. 6. l. si. ff. de decre. ab ordi. fac. Quinimō, si constitutio, vel statutū vellet ligare ignorāte, nō posset: vt c. si. de of. archipresb. & l. forma C. de offi. prae. præt. & ita tenet Lud. in d. cōsi. 228. Secūdo † limitatur, vt procedat in ciue nouello: quia licet antiqui habitatores ciuitatum praesumantur & teneātur scire legem suae ciuitatis: vt in Spec. de cōstit. 6. l. 1. ver. quid si extraneus. & Bal. in. l. leges. la vlt. C. de ll. & repe. l. data opera. C. qui accu. nō pos.

L 2 tamen